



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Spes & Fiducia, Cvrис Ivdiciisqve Dei, Erga Homines In Hac  
Vita Existentes, Firmata**

**Stengel, Georg**

**[S.I.], 1645**

§. 1. Pharisæi Christi bonitate offensi.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-49823](#)

C A P V T XVI.

*Summa Dei etiam in malos bonitas,  
quām immeritō nonnullos  
offendat?*

§. I.

*Pharisæi Christi bonitate offensi.*

 Vid miremur, his judicijs alios vati, alios abuti? cum nos nulli ipsam Dei bonitatem trahant in malitię fūx nūtrimentum. Quod vñdens Seruator, Ioanni renunciari jussit: *Ceci vident: claudi ambulant, leprosi mundantur, surdi audiunt, mortui resurgunt, pauperes euangeliꝝ antur: & beatus est, qui non fuerit scandalizatus in me.* Nempe fuerunt etiam tunc, qui, mortis occasionem acceperunt, vnde vitam haurire debuissent. An non enim miraculis tam splendidis, ad credendum moueri eos oportuit? illi verò scandalizati, etiam moti sunt, ad accusandum. Ea scilicet fuit Scibarum, ea Pharisæorum malitia, vt offenderentur, quòd *ad peccatorem divertisset;* quòd *cum peccatoribus manducaret;* quòd *à muliere peccatrice se tangi pateretur;* quòd *sabbatis homines curaret:* denique *in principe dæmoniorum dicebant, eum damonia ejcere.* adeò petra Isa. 8. 143

Z a scandale

**Rom. 9.** scandali, & lapis offendionis, positus in ruinam  
**33.** multorum fuit: sed non credentium. nam  
**Luc. 1. 34.** credentibus lapis summus, angularis, electus  
**1. Petr. 2.**  
**6. 7.** fuit, teste S. Petro.

## §. II.

*Cur Deus sāpe differat punire peccatores?*

Tales Pharisæi etiam nunc reperiuntur, qui inde scandalum rapiunt, ex Mundi gubernatione, vnde maximè rapi deberent in admirationem immensæ bonitatis Dei. Ut enim quibusdam nimis seuerus, ita alijs nimis clemens esse videtur. Non repetam hīc, quod alibi attuli è D. Dionysio, de Carpo Episcopo, Idololâtram, & eum, qui se ab Idololatra seduci passus est, vita indignos judicante, ægréque ferente, quòd eos terra sustineret. Ad cuius morem multi vindictâ ardentes, offendì se non dissimularit, si non toties Deus sua fulmina mittat, quoties homines peccant. Non habet Dominus iram tam comprehendiosam; longanimis est, patiens est, bonus est, misericors est, justus est; differt, ne præcipitare videatur; patitur, ut det exemplum; expectat tempus, quia expectat pœnitentiam; quæ si non sequatur, motam pœnâ compensat. Hoc pertinet ad infinitam

**D. Dio-**  
**nys. ep. ad**  
**Demoph.**